



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1787**

**VD18 90119649**

§. 54. Electio & consecratio Harlemensis Pseudo, Episcopi a summo  
Pontifice irritata ac damnata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](#)

Sæc. XVIII. sia præstitit, sed & omnes Missionari  
 A. C. 1742. in Sinensi Imperio degentes jamjam  
 miserant; qua autem obsequii fideli-  
 tate a quibusdam, infra ex querelis ejus-  
 dem summi Pontificis patebit,

## §. LIV.

*Elegio & consecratio Harlema-  
 Pseudo-Episcopi a summo Ponti-  
 fice irritata ac dam-  
 nata.*

Jam anno Christi millesimo quingen-  
 simo quinquagesimo nono Paulus IV.  
 ad impensas Philippi II. Hispanium  
 Regis preces Harlemi in Hollandie Co-  
 mitatu Episcopalem sedem erexit; affi-  
 mutato ibidem domino & ferme extin-  
 cto fidei Catholicæ lumine pariter his  
 Episcopatus unacum Ecclesia Cathe-  
 drali & Canonicis abolitus fuit, nec  
 unquam legitima supremi Pastoris in  
 terris auctoritate resuscitatus. Ho-  
 tamen anno Petrus Joannes Meindart  
 Spurius Ultrajectensis Archiepiscopus  
 nuperrime suspensus atque anathematis-  
 percusus, ut Suffraganeum haberet  
 velut postliminio hunc Episcopatum re-  
 duxit, ac per putatios Canonicos suos  
 Hieronymum de Bock in Harlementum  
 Episcopum eligi curavit. Eo comperto  
 Benedictus XIV. justo Zelo in præfe-

tum Petrum Meindarts excandescens, Sæc. XVIII.  
gravibus oppido verbis sacrilegam hanc A. C. 1742.

temeritatem eidem exprobavit. „Tan-

„tum absuit, ajebat ille, ut homo ille Ec-  
„clesiasticæ pacis inimicus aut a supremo  
„Patre familias minitando, rogandoque  
„revocatus, aut ingenua instinctus verec-  
„undia, aut publica execratione deterri-  
„tus, deflexerit a via iniquitatis; ut imo,  
„quam semel ingressus fuit, insistat viam  
„pergatque audacius: cum dudum non  
„erubuerit quemdam Hieronymum de  
„Bock Harlemensi donare Episcopatu-  
„jam diu exoleto, & ab se nunc restituto  
„ea potestate, quam sibi ex ingenio fin-  
„git. Illum cum suo commentitio Ul-  
„trajectensi Capitulo ad hoc etiam te-  
„meritatis devenisse, ac tot jam flagi-  
„tiis utrumque inquinatum tam diro ac  
„prope incredibili scelere sordidasse, in-  
„genti sane luctu comperimus: non  
„quod perterfacti simus schismate ad  
„extrema præcipitante, & sectatores per  
„summum nefas malumque dolum ad  
„sui præsidium illiciente. Confidimus  
„enim fore neminem compotem mentis,  
„nedum Catholica veritate imbutum,  
„qui non sit irrigurus perniciosam hujus-  
„modi novitatem, & surgentem, Petro  
„Joanne Meindarts conditore, inopina-  
„tam Ecclesiam, ipsi, veluti suo capiti,  
„conjunctionem, ab eaque divisam, quam  
„Nos,

Sæc. XVIII. „Nos, licet indigni, Deo auctore mode-  
A. C. 1742. „randam suscepimus. Sed hinc pre-  
„pue vehementer angimur, quod reno-  
„vari hoc tempore videmus veterum  
„liquot Schismaticorum insaniam Epis-  
„scopales Cathedras, ubicunque libe-  
„ret excitantium; quamquam ut illa  
„suo consumpta furore, ludibrioque  
„bita tandem deperiit; hujus etiam po-  
„rem exitum fore non dubitamus.  
„Quod ad Nos attinet, id primum sup-  
„plices oramus a Patre misericordie  
„rum, ut obstinatam hanc perduelli-  
„nem sedare velit; deinde, ut si quae  
„involuti ob impletam iniquitatis mea-  
„suram in profundum demerguntur, nec  
„ullam afferunt emergendi spem, in his  
„sistat nefandum ulcus, ne quid ultra  
„sani Gregis inficiat.

„Cui quidem sistendo pestilenti al-  
„ceri, aut, si fieri possit, curando, Nos  
„haud negligimus e sacrorum Canonum  
„disciplina remedium adhibere.

Postea vero Pontifex die prima Se-  
ptembri edita Constitutione in ipsum  
etiam nulliter electum Hieronymum in-  
vehens, cuncta hæc acta damnavit, re-  
rita declaravit, & interdicto omni juris  
dictionis Episcopalis exercitio ceteris  
Catholicis Episcopis inhibuit, ne pre-  
fatum Hieronymum consecrarent Epis-  
copos.

scopum. „Prædecessorum nostrorum, Sæc. XVIII.  
prosequebatur Papa, sacrarumque le- A. C. 1742.  
„gum morem atque exempla secuti tra-  
„dita Nobis e Cælo potestate Electio-  
„nem Hieronymi de Bock in Harle-  
„mensem Episcopum, a Pseudo-Archi-  
„episcopo Petro Joanne, & ab ejus fi-  
„ctis Canonicis factam, nullam, ina-  
„nem, nefariam, illegitimam ac sacri-  
„legam declaramus, eamque rescindi-  
„mus, delemus, abrogamus. Deinde  
„sub pæna excommunicationis ipso fa-  
„cto, & sine alia declaratione incurren-  
„dæ mandamus, stricteque interdicimus  
„eidem Hieronymo de Bock, ne ullam  
„Episcopalem jurisdictionem exerceat,  
„ne pro fuscipiendis Ordinibus dimis-  
„rias literas dare, ne Pastores, Missio-  
„narios, Ministros, Deservitores, aut  
„alios, quocumque nomine vocentur,  
„ad animarum curam & Sacramento-  
„rum administrationem, quovis etiam  
„necessitatis prætextu. constituere, ac  
„deputare audeat: ac proinde si quis  
„per ipsius literas dimissorias Ecclesia-  
„sticos Ordines suscepit, se suspensum,  
„ac propterea irregularitati obnoxium  
„esse sciat, si susceptos ordines exer-  
„cuerit. Quascumque vero antedicto-  
„rum Officiorum deputationes quo-  
„cumque nomine, sive jam factas, sive  
„faciendas, cum omnibus inde secutis,  
„pror-

Sæc. XVIII. „prorsus irritas, nulliusque moment  
A.C. 1742. „declaramus.

„Præterea sub eadem pæna excom  
municationis ipso facto & sine alia de  
claratione incurrendæ, mandamus,  
„tam eidem Hieronymo de Bock, ne  
„cuidam Archiepiscopo, aut Episcopo  
„consecrandum præbeat, quam ipsi  
„Pseudo-Archiepiscopo Petro Joanni  
„aliisque Archiepiscopis, & Episcopis  
„ne eundem inaniter electum Episco  
„pum Harlemensem consecrare audeant.  
„Has autem pænas decernimus, sine  
„præjudicio illarum, quas tam Electus  
„Pseudo-Archiepiscopus, quam Elector  
„Pseudo-Episcopus noverint se in  
„currisse vigore nostrarum literarum in  
„vigore nostrarum literarum in forma  
„Brevis XXIV, Junii MDCCXL.

„Denique ad vos, dilecti Filii, gaudi  
„dium, & corona nostra, paterni cordis  
„curas, cogitationesque convertimmo  
„solicite monentes, atque adhortantes  
„ut in ea vocatione maneatis, in qua  
„vocati estis, repudiata illorum vafratia,  
„qui incautos pellicere ad se conantur.  
„Date quotidie magis operam, ut le  
„ductores intelligent, vos ad verum  
„Christi Domini ovile, & ad ejus in te  
„ris Vicarium pertinere. Spectaculum  
„facti estis mundo, Angelis & homini  
„bus

„bus, qui vos indutos Catholicæ lorica Sæc. XVIII.  
„veritatis, & galea salutis, adversus A. C. 1742.  
„hostes, non minus occulta rabie, quam  
„aperta blandiloquentia insidiosos, stre-  
„nue pugnare undique circumspiciunt,  
„ac vestram animi fortitudinem invi-  
„ctamque constantiam eximiis laudibus  
„extollunt; non sine credibili nostro  
„plausu, qui tantam virtutem plurimi  
„facimus, servatamque a vobis Catho-  
„licæ Ecclesiæ Nobis, Romanæque Se-  
„di fidem, singulari amore prosequimur,  
„cujuisque pignus Apostolicam Benedi-  
„ctionem vobis, dilecti Filii, peraman-  
„ter impertimur.”

Attamen spreto hoc Pontificis interdicto Petrus Meindarts Pseudo-Archiepiscopus dictum Hieronymum affidente schismatico Episcopo Babylonensi Dominico Maria Varleto censuris notato, facrilege in Episcopum consecravit. Hæc ubi summo Pontifici innotuere, hanc quoque illius consecrationem detestatus est, ac die vigesima Decembris eam omnino illegitimam nullamque declaravit: „tradita, sunt Benedicti XIV. verba, Nobis e cælo potestate, primum hujusmodi nefariam consecrationem, illicitam, illegitima, sacrilegam, ac contra supremæ Sedis mandata, & sacrorum Canons. Hist. Eccles. Tom. LXXVII. Pp. „num

Sæc. XVIII. „num fæctiones factam declaramus  
A. C. 1742. „Deinde ipsum Hieronymum de Bock,

„& quotquot huic execrabilis facinor  
„operam, consilium, consensum pre-  
„stiterunt, auctoritate Omnipotens  
„Dei excommunicamus, anathemati-  
„zamus, atque ab Ecclesiæ communi-  
„ne segregatos, ac prorsus schismati-  
„cos habendos & vitandos esse iterum  
„constituimus. Sciat autem idem Hi-  
„eronymus de Bock, non solum ab iis  
„quæ sunt jurisdictionis, exercendis le-  
„sse suspensum, sed etiam ab iis, que  
„sunt Ordinis. Mandamus illi propter  
„ea, districteque interdicimus, sub pe-  
„na excommunicationis ipso facto, &  
„sine alia declaratione incurrente, ut  
„nullo pacto, aut Chrisma confidere,  
„Clericos ordinare, Virgines consecrare,  
„aut alia Episcopalis Ordinis exercere  
„audeat; decernentes insuper vacuos,  
„inanis, nulliusque prorsus roboris,  
„momenti omnes, & singulos alios v-  
„ctus, quos attentare præsumpti.  
„Ac proinde qui ab ipso Ecclesiastici  
„Ordinibus initiati fuerint, noverint, de-  
„spensionis vinculo se obstrictos, atque  
„irregularitate propterea obnoxios, si  
„susceptos Ordines exercuerint.

„Quæ omnia vobis, dilecti Filii, re-  
„nuncianda esse duximus, non ut cœ-  
„veritis

„veatis ab hoc quoque sacrilego insidia- Sæc. XVIII.  
 „tore; siquidem scimus, satis vos ad- A. C. 1742.  
 „versus illius temeritatem ac subdolas  
 „artes habere præsidii in vestra invicta  
 „pietate, & religione, sed ut, si aliqui  
 „sunt in ea contumacissima secta, qui  
 „nondum penitus infixi maneant in li-  
 „mo profundi, a Nobis pro paterna ca-  
 „ritate admoniti, inducant animum re-  
 „sipiscere, ac desinant præbere aures  
 „hujusmodi factiosis hominibus, qui,  
 „ut serviant furori suo, inveteratoque  
 „adversus veram Christi Eccliam o-  
 „dio, se prorsus Satanæ devoverunt.  
 „Vos autem manete in ea vocatione,  
 „in qua vocati estis, & quam secuti  
 „Majores vestri constantissimam Fidem  
 „suam probarunt universæ Ecclesiæ &  
 „hujus in terris capiti, Pontifici maxi-  
 „mo. Reliqui, qui sese istic obstina-  
 „runt ad persequendum schisma per-  
 „gant in exiguo suo cætu gaudere de-  
 „sacrilega sua pertinacia, sibique plau-  
 „dant ob execrabile inventum Pseudo-  
 „Episcopos constituendi. Non diu erit,  
 „cum experti discent, quid sibi profue-  
 „rit malitia sua, ac fremebundi intelli-  
 „gent, quid vobis æterni gaudii, & im-  
 „mortalis gloriæ pepererit virtus obe-  
 „dientiæ, castaque fides vestra, Hinc  
 „interim faustissimo eventui proludi-  
 „mus Apostolica Benedictione, quam

P p 2

„Vo-

Sæc. XVIII. „Vobis, Dilecti Filii, per amanter im-  
A. C. 1742 „pertimur.“

## §. LV.

*Plures ejusdem summi Pontificis Con-  
stitutiones & de c r e t a .*

**P**ræter memoratas Constitutiones super idem Pontifex plura alia condidit de c r e t a , quibus præcipue vel Ecclesiasticam disciplinam conservare, vel irrepentes corruptelas evellere intentus erat; cum igitur adhuc, ut ajunt, in minoribus constitutus compertum habuisse, quod vel sub prætextu concilie dispensationis aut privilegii, vel sub pie- tatis ac religionis obtentu fæminæ & masculi sine discrimin e per claustra, se pta & alia Monasterii loca procedant, supplicationes comitentur, & Vironum monasteria ingrediantur, hinc die ter tia Januarii Constitutionem edidit, qua innovatis suorum Prædecessorum functionibus quascunque facultates disper sandi quibuslibet concessas abolet, & strictam omnibus Viris religiosis claustram præcipit, quin tamen derogatur velit iis concessionibus, quæ ad favorem nobilium fæminarum, si sunt de famili a Fundatorum aut insignium Beneficiorum monasterii, impetratae fuerunt, dummodo de hac conces sione, legitime facta.